CLRSLSPHO
FICLIS
ELABORATSLADMĒ
EVTRLSQ.DCRS
ANSEMĒTFME,
CMPOSTELASSPME
EMMNEYGE
SIAS
CNSCRPTLASVIDIS
CPULO
FMCÆAMGÒ

Sunt tuę quęstiones mīcātes
Elegantes;
Vlas gue fraxas dū mulces
dulces
Iuuę, cum dantur, ut maxe
claxa
Viuę felix nō amaxè
toto cū oxbe affluētię
Vnicè sint tibi scītię
Elegāter, dulces, claxę.

INSTITUTIONUM DIALECTICARUM PROEMIALIS INTRODUCTIO

Iam, jam, Auditores Charissimi, nunc ung.ę vcientiarū habili placido, Minerva porticus feliciter valetudinis. Adhujus interiora domus n vic faciliter patent, ved virtute, meritorū illuc introducitur. Qui namg.ę magnarū notitiarū promiū Minerva in vinu reposituū; ved ad magna præmia per magnor volū labores pervenire poterit. Delectat ęp Dilectissimi mentē magnitudo præmia-

xū; sed ñ deterreat certamen laboriū. Meo quidē
aperietur ostiū, sed opus ē etiā ventro, ut impedia-
mini per portam hanc. Qui igitur in hoc labore to-
tū impenderit animū, me necdū Magistrū, sed
socium coadjutorē habebit. Qui vero ab hoc cine de-
viam ad alia transmiserit curas, nimiū me
iudicē timeat, rempeng. expectet aperiēnū, ut
pote cui incumbit ā Minerva floxidissimi ho-
rtū arbores inutiles radicitus amputare. Age
primū ō dilectissimi, et habentes timorē Domi-
ni, qui ē initiū sapientię, infatigabili studio sa-
pientiā quærite, et primo ab hoc cam comparandā
animā intendite

DE MENTIS OPERATIONIBVS.

MENTIS OPERATIONES TRES COMVniter distingui solent à Philosophis: apprehensio videlicet, judicium, et discursus. Intellectus enim dum aliquid operatur, primo simpliciter apprehendit, nihil de illo affirmando, vel negando, ut dum concipimus Deum, florem &c, et hæc operatio simplex apprehensio, perceptio, vel Conceptus formalis dicitur; ille vero conceptus, qui in nobis tunc formatur, ac veluti depingitur, simplicibus vel vocibus explicatur, idea, vel Conceptus objectivus vocatur. Deinde vero intellectus de re simpliciter apprehensa judicat, aliquid de illa affirmando vel negando; hoc est, ideam aliquam cum altera conjungit, vel ab illa separat; ut si Conceptos flore, et alvedine, ideam floris, et alvedinis conjungimus, aut separamus dicendo: florem esse, vel non esse album. Et hæc altera mentis operatio judicium vocatur, quod propositione sive enuntiatione exprimitur. Postremo judicium aliquod ex uno

vel pluribus judiciis ab intellectu antea formatis, ab ipso intellectu deducitur, & inferitur ut cum dicimus, quod judicavimus florem esse album, atq; omne album delectare visum, inferimus florem delectare visum, atq; hæc operatio dicitur ratiocinatio, vocabitur, quæ variis argumentationibus explicatur.

Hæ sunt mentis operationes a dialecticis communiter assignatæ, quarum prima, apprehensio nempe, vt communiter explicatur; mentis operatio qua nos aliquid simpliciter apprehendimus, nihil de illo affirmando, & negando. Judicium vero: actus intellectus, quo convenientes de re affirmando conjungimus, & repugnantes negando separamus. Ducimus demum hoc modo: mentis operatio qua judicium aliquod ex duobus judiciis, & pluribus aliis infertur. Verum quia ad veritatem aliquam inveniendam, & ubi inventa fuerit ostendendam, pluribus, ideo, judiciis pluribus, ac pluribus ductibus componi debent, in quibus plerumque maxima obscuritas, confusio, errores, atq; falacia reperiuntur, ab aliquibus adjungi solet quarta mentis operatio, quæ hæc omnia vite disponat, vitia, quæ obrepere possunt, detegat, et effugiat, atq; appellatur methodus.

Cum autē logicę partes, vīve rumulaxum sit leges, et precepta tradere, quibus apprehendere, judicare, discurrere, disponere que possimus; illā vī quatuor partes dividemus, juxta quatuor mentis operationes. In quarum prima de apprehensione, ideis, et vocibus dicemus. In secunda de judicio, ac propositione. In tertia de discursu, et argumentatione. In quarta denique, ac postrema de methodo pauca dicemus.

Pars Prima rumulaxum

De natura, et origine apprehensionis.

Singulas logicę, vīve rumulaxum partes ordine superius exposito tradituri, ab illa mentis operatione exordium sumimus, quę, simplicis apprehensionis, vīve perceptionis nomen obtinuit. Quę autem de hac mentis operatione dicturi nunc sumus, partim clarissima, sunt, partim etiam gravissimis difficultatibus circumfusa. Hic autē solum proponemus, quę magis utilia, et necessaria putavimus in explicanda apprehensionis natura et origine. Illud tamen certum, et expectatum esse ponimus, quod plura ambobus ita concipientibus, ut

8

Sensibilis aliqua rei Concepte, species, et imago
quędam in nobis efformetur. Sicut enim dum flo-
ante speculum ponitur perfectissima, floris ima
go nulis distincta Coloribus in ipsa superficie
depingi videtur; ita dum res aliqua sensibus
nostris obversatur, ejusdē rei species, et imago
per ~~impressa~~ per sensus in intellectu imprimi
tur, nobisq. Cogitantibus rem exhibet ipsam; id in
telligere facile possumus dum florem, lapidem con-
cipimus, ut innumeras alias observationes omit
tamus.

Illud etiam velut certum haberi potest, quod
alia prior vis perceptionis in homine reperi
tur, qua ab illo plurima cognoscuntur, quum hęc
ab aliqua corporea imagine capiuntur: ut ci
vitatem, templum, Deum concipimus, nulla sen
sibilis imago efformatur, quę hęc objecta nobis
exhibeat. Prior illa percipiendi vis, quę indiget
imagine sensibili, ut objectum concipiat, imagi
nativa fantasia vocatur; illiusq. operatio ima
ginatio dicitur: illę vero imagines, quę sic in
nobis excitantur fantasmata, species, idola
vocantur. Altera vero nobilior, percipiendi vis, qua
sine corporea fantasmate objecta concipimus,
ratio, mens, intellectus vocatur, et ejusdem ope
ratio, idea formalis, intellectio pura, sive abso-

peaceptio dicitur: imagines autem illę idęę objectivę nuncupātur. Sed ista vix intelligi possunt, nisi prius idearum natura, veritas, et origo fuerit explicata.

Caput secundum

De idearum natura, et Origine

Dum res, et objectum aliquod in corpore cum ab intellectu nostro concipitur, illius imago vi ne corporeo fantasmate in intellectu nostro depingitur, ut dictum est. Hæc autem formæ ~~rerum~~, vel perceptarum rerum imagines appellat ideas Plato. Idea autem nihil aliud est, quā spiritalis, et incorporea quędam imago, quę ab intellectu nostro concipitur, dum aliquid vine corporeo fantasmate contemplatur. Hinc objecta singula non in se ipsis, sed in propriis imaginibus ab animo cognoscuntur.

Sed quamvis hęc idearum natura omnibus fere nota sit, nec mens nostra cogitando dubitare unquam possit, quod aliqua rei conceptę imago sibi impressa, vel excitata sit; et quamvis nihil accuratius ab acutissimis viris explicatum fuerit, quam idearum cognitio; nihil est tamen obscu-

&c.
xius illarum origine, nihilq; magis ab ista
lectu ignorarum, quam unde imagines ille, pro
dierint, ideoq; minum est quam veteres, & centra
que Philosophi in explicanda idearum origine
desideant.

Divinus ille Philosophus Plato hanc rerum formam,
quam ille omnium primus ideam vocabit mē
ti nostræ ingenitam, et naturæ ipsa impressā
existimavit. Cum enim humanos animos
ab æterno Creatos putaret, animadvertit, quod Deus
omnium rerum imagines, et ideas in singulis
mentibus impressit, ut illarum ope omnia cog-
noscerent. Deinde vero cum animus in hu-
manum Corpus organizatum descenderet,
ibiq; velut in obscuram Carcere vetera animus
imagines ille, Corporis contagione pertubatæ
confusæ, extinctæq; adeo languebant, ut inde
nulla Cognitio in mente fieri posset, nisi a Cor
poreis imaginibus ille paulatim excitarentur
eas: hinc illa rerum Cognitio in hac Platonis
sententia non scientia, sed potius reminis
centia dicenda foret: unde apud Platonicos
effatum illud usurpatum: scire nostrum est
reminisci.

Hanc veterem Platonis sententiam ita nupe-

ximè excitavit Charterium, ut non ab creato Creatos animos, et illius ab creato impressas rerum imagines cum Platone putaverit, sed in ipsa animarum origine, hoc est, eo tempore, quo mens humana organizato Corpori conjuncta fuit, indita illi dixerit, ac impressas rerum ideas, quæ prima vicentis, veluti fata forent; hac lege, et quasi fœdere inter utramq; Corporis, et animæ substantiam sancito, ut in corpore, sive spirituales ideæ a mente percipi non possent, nisi prius ab aliqua Corporea imagine excitarentur.

Ab hac Platonis, atq; Cartherii sententiam plurimum dividunt Aristoteles, et Gassendus, qui ideas omnes, omnemq; mentis humanæ cognitionem à Corporeis imaginibus, externisq; rebus ortum arbitrantur; putant enim talem esse mentis ipsius naturam, ut nulla in re rerum imaginem impressam habeat, sed omnes a Corporeis rebus adquirere dicunt: unde celebre est apud illos effatum illud: nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensibus. Hujus rei argumentum cæ convincunt, quod nihil ab intellectu percipi consueverit, quod ante sen-

ribus objectum non fuerit; sicut nulla Coloris imago adquiri potest à Cæco, nulla soni, sive Concentus à surdo, nihilq; proinde Concipere qui possit, qui sensibus omnibus destitutus nasce retur. Atq; ista inter utramq; partem maximo rationem ponderis, et incredibili proximi mentis acumine disputantur, ut nefas sit, nisi possimus de tam gravissima, et obscurissima re judicium ferre.

Sed monere oportet, quod rationes, quæ a Cartesianis afferri solent, innatarum idearum existentiam manifeste demonstrant; præsertim cum quod illarum rerum imagines habere nos ex primus, quæ cum in corpore sint nulla verarum ope adquiri possunt: quis enim veritatis, justitiæ ideam ex sensibus ortam, aut elicitam existimaverit? Ergo non aliunde repeti debent imagines illæ quam, ab ipsa mente, cui impressæ fuerunt à Deo, ut in illis in corporeas res contempletur. Quæ cum ita sint, hanc Cartesii sententiam, ut accommodatiorem judicamus; ut variæ idearum species clarius exponantur. Celebrem igitur admittimus idearum divisionem, quæ illas in innatas divisit, et adventicias.

quæq; auditis vocibus illis ab intellectu producuntur; vel vero deinde, et tranquillè expectata, fantasticè, proxime, et falsè deprehenduntur.

Caput quartum.

De ideis ad objecta relatis.

Ex idearum natura, et origine, quam hactenus explicabimus, facile intelligi poterit, quòd omnis idea rum varietas ex vola rerum varietate repeti debet. Cum enim res, et objectum ipsum in propria idea depingatur, tota varietas, quæ in rebus inexit, in ipsis etiam ideis observa bitur. Nos itaq; idearu varietatem tradituri, meliori quo poterit ordine, rerum varietatem ostendemus. Et primo quidem explicanda est celebris illa divisio entium in res, vires, et ruberantias, modos, et accidentia, et relationes, quæ in rebus concipiuntur; quæ quidem divisio mexi to proxima censeri debet; nam quid quid ab intellectu concipitur, vel est res, vel rei modus, vel rerum, modo rumq; relatio.

Res, vires, et ruberantia dicitur illud ens, quod intelligi tur esse posse, et independenter ab alio, ut concipiun tur

arborem, lapidem, hominem, et ei nullum aliud
ens concipiamus. Modus v. accidens est illud ens,
quod existere nō potest independenter ab alio, sed
in aliqua re respectiva velut in subjecto, ut Velum
citas, motus, calor. Relatio v. est ei res cum mo
do, sive res cum alia re, sive modus cum alio mo
do comparatus: ut pater ad filium, velocitas ad mo
tum. Pluxima rerum, et rubentia unum genere
ra, illarumq. divisiones infra suis explicabuntur,
nunc autem celebriores modorum, et accidentium
species enumerabimus.

Ex modis itaq. alii dicuntur absoluti, alii relati
vi. Absoluti dicuntur illi qui respectum, et
Concipiuntur in re sine ordine ad aliud: sic al
bedo, et Calor ita concipiuntur, ut si unicum tan
tummodo corpus calidum, aut album existeret,
adhuc illi Calorem, aut albedinem inesse verifica
retur. Relativi v. dicuntur illi, quinon conci
piuntur in re, nisi res ipsa cum alia re compare
tur: sic equalitas, similitudo &c; non enim re
una esset similis, et equalis sibi, et dici potest, nisi con
cipiatur alia res, ad quam referatur, sive cui similis
dicatur; Sunt absoluti modi unicum, relativi vero

duplex subjectum expostulant.

Dividitur etiam modus in intrinsecum, et extrinsecum. Intrinsecus est ille qui vere, et realiter in substantia reperitur, ut Calor, motus, figura. Extrinsecus autem, qui nihil reale ponit in re, cui attribuitur, sed solum nomen, ut esse verum, amatum &. Unde a Philosophis ejusdem denominationes extrinsecæ vocantur, hac lege; quod ei denominatio tribuatur rei prout in se est, dicatur denominatio primæ intentionis, ut quod ille dicatur Philosophus, qui vapi entiam colit. Si 2°. denominatio rei tribuatur prout ab intellectu nostro concipitur, vocabitur denominatio secundæ intentionis, ut si dicatur animal esse genus.

In super alii modi reales, et positivi sunt, alii negativi: reales, et positivi sunt, qui exprimunt perfectionem aliquam, quæ subjecto inhæret: ut Sapientia, vita, lux. Negativi 2°. qui negationem alicujus perfectionis significant: ut ignorantia, mors, tenebræ. Hinc advertite, quod etsi modi positivi positivis, et negativi negativis nominibus exprimantur, intrinsecum tamen positivi modi negativis vocibus explicã

tux: ut infinitas, immortalitas. Quippe cum modos pluvimos concipere non possimus, affirmando nempe quid sint, illos explicare solemus negative, affirmando nempe quid illi non sint. Et hæc indicasse sufficiat, ut ex ipsa objectorum varietate, idearumq; quoq; varietas ostendatur.

Caput Quintum.

De ideis simplicibus, atq; Compositis, ac de præcisione.

Cum vicit nuper dictum est omnis idearum varietas, atq; condito ex vola rerum varietate, et conditione de ducatus; et aliquæ res, et objecta simplicia sint, alia q; composita, necessarium est etiam, ut imaginer ipse, q; ideæ, aut simplices, aut compositæ sint: simplex quidem si simplicem nobis entitatem exhibeat: compositæ q; si plures entitates, q; compositam aliquam entitatem repræsentent. Illa autem res dicitur simplex, et incomposita, q; plures in partes dividi nequit, q; in qua partes concipi non possunt ab intellectu; ut intelligentia, entitate, bonitate &c. Illæ q; res, et objecta composita dicuntur in quibus; et plures partes sunt

et nullatenus cognosci possunt nisi plures inter se ab intellectu dividantur: sic idea hominis, quae ex, excoecitu pluribus ex partibus constat; idea mirabilis, plures ideas complecticur, nam hominem mirabilem nobis exhibet.

Sed observare oportet, quamvis ideae plurimae rem unicam exprimant, ideo quod simplices sint, componi, plexae fuisse, si cum alia idea conjungantur, et respectantur ad illam. Sic enim idea simplex est, nec aliud significat, quam id, quod est; et tamen in vacuo litteris Deus ipse dicitur id quod est per excellentiam: ex qua apparet, ideam illam entis tunc augustiorem, atque compositam fieri, eo quod ab illa non modo ipsum ens, sed infinitum, et independentia exprimatur. Cum etiam si accurate singula rem perpendantur, nulla prorsus invenisi possit, quae plures partes in se non contineat. Sic quam vis velle, nolle, judicare, aliaque id genus simplicia videantur, fortasse ex partibus aliis componuntur.

Quod si nulla fore data idea, quae in compositis sit, habet tamen intellectus vim, ut ex compositis simplices fiant, quod triplici modo fieri potest. Nam cum omnis idearum Compositio partim oriatur ex unione modi cum substantia, partim ex cognitione unius substantiae cum alia, partim denique ex unione unius modi cum alio mo

do; manifeste apparet, quod idea simplex efficiatur, ubi separatur modus a re, & ipsa res concipiatur sine alio re, & modus denique intelligatur ab alio quocunque modo separatus; hec autem sic intellectus precisio vocatur, definiturq; Cognitio unius alio secum identificato non cognito.

Hinc facile intelligitur precisionem triplici modo fieri posse. Primo, si separetur res ab alia re, ut si concipiatur in Centauro pars hominis sine parte equi. Secundo, si separetur res à modo, & modus à re, ut si concipiatur motus sine corpore, & e contra. Tertio, si separetur modus ab alio modo, ut quantitas, & extensio à figura, motus a velocitate. Hinc oritur alia idearum varietas; ut nempe aliquæ, adequatæ sint, aliæ inadequatæ. Adequatæ dicuntur illæ, quæ a nobis exhibent omnes perfectiones, quæ in aliqua re reperiuntur. Inadequatæ vo, quæ solum partem aliquam rei nobis ostendunt; quod provenit ex eminentia rerum, ut in idea, cujus attributa simul comprehendi non possunt; & ex limitatione intellectus, qui plura simul cognoscere nequit.

Caput Sextum.

De idearum singularitate, et universalitate.

Admirabilis vis intellectus, qua unum ab alijs separat, quæ præcisio vocatur, quamvis in omnibus appareat exceptionum generibus, nunquam tamen clarius, quam ubi intellectus ipse ex variis singularium rerum ideis aliquam universalem, pluribus communem effingit. Pro quo observandum est, quod singulares ideæ dicuntur illæ, quæ rem unicam intellectui exhibent; ut idea Socratis, Platonis adeo rem unicam repræsentat, ut alia repræsentare non possit, unde et nominibus singularibus explicatur. Particulares autem idea est illa, quæ unicam rem intellectui nostro proponit, sed confuse, et indistincte, explicaturq. indeterminato nomine, ut aliquis homo. Universalis denique sive communis idea vocatur illa, quæ pluribus convenire potest, ut idea circuli, animalis; unde communibus vocibus explicatur, ut omnis homo, nullus lapis.

Hinc facile apparet ideas universales particulares fieri si iteris superaddantur aliquæ circumstantiæ, a quibus limitentur. Sic idea entis adeo communis est, ut omnibus rebus conveniat; si vero ideæ entis superaddatur aliqua perfectio, nempe quod sit perfecte, limitabitur, et mi-

nãe communiꝰ fiet, solumq̃ conveniet substantię. Quod si itexum idea substantię cum idea extensionis conjungatur, efformabitur idea, quę soli substantię corpoꝛeę, vꝛe corpoꝛi tribui potest. Si vero ea concipiatur cum principio intimo seco nobilioꝛis motus, ꝛesultabit idea solum vibenti communis. Similiteꝛ si viventi corpoꝛi veniendi vis adjungatur, ꝛesultabit idea, quę soli animali tribui potest. Quod si naturę animaliꝭ naturam humanam superadditam supponamus, nova quędam idea oꝛietuꝛ, quę soli homini conveniet. Si denię naturę humanę, superadditur circumstantię, loci, et temporis vel singulaꝛis hominis efformabitur idea, vel, vocatur; quę omnes alias ideas continet, eo quod unaquęque idea infeꝛioꝛis semper contenere debet, et ab hac aliqua diffeꝛentia, modo, accidentis limitaꝛi.

Exquo communis idea ita a circumstantiis superadditis limitatur, ut singulaꝛis tandem omnino fiat. Exquo apparet, quod si intellectus noster circumstantias illas contingua vel ex superadditis abstraheꝛet, et proscindat ordine fere contrario ab idea singulaꝛi ad universalem ascendet.

Ut manifestum fit in superiori exemplo, ubi ex circumstantia, quæ paulatim addit, unit, paulatim etiam separantur, et singulari Socratis idea ad universalem entis ideam perveniatur. Cognita præcisione, sive abstractione naturæ facile intelligi potest, quod ut aliqua natura singularis in ratione abstrahentis operetur, fiat universalis, requiritur, quod ab omnibus individuantibus circumstantiis abstrahatur. Individuales autem circumstantiæ dicuntur illæ, quæ rem, et naturam talem, ita, ut illam individuam, indivisibilem, aut pluribus incommunicabilem reddant, volentque in homine septem numerari, quæ hoc exercitio continentur.

forma, figura, loco, tempus, status, patria, nomen.

Itaq; si natura quædam singularis ab individuali bus illis circumstantiis abstrahatur, jam pluribus conveniens, ac universalis efficietur: patet in exemplo superius exposito; si ab idea Socratis, unigua continetur, quod hujus determinatæ formæ, figuræ, etatis, ac patriæ fuerit, illas circumstantias abstrahas, orietur idea, quæ singulis hominibus conveniat, ideoq; universalis. Hinc optime communi Philosophorum conventu definitur universale:

unum ℞spicere multa. ℞q̃ enim aliud ℞quiritur, ut natura aliqua uniṽsale dicatur, nisi quod sit una, vel saltem q̃ aptitudinem habeat ut de pluribus ꝓdicetur.

Et quoniam natura multa ℞spicere potest, et ad illa ℞ferri, vel denig̃ ut illorum causa, vel ex emplari, vel denig̃ ut perfectio illis inhereat; hinc aliud uniṽsale dicitur in causando, quod est unum aptum causare multa, acq̃ illa tanquam effectus ꝑ se ꝓductos ℞spicere, ut Deus vel artifex. Aliud in ℞proveniendo, quod aptum sit pluria ℞provenire, ut idea Domus in Artifice, quæ placet ei domos ℞provenire. Aliud denique in essendo, quod est unum aptum esse in multis, ut natura humana in Platone, Socrate, &c. quæ denig̃ hominibus ℞pertinet.

Postremo monere oportet naturam uniṽsales aliam univocam esse, illa nimirum, quarum nomen est commune, et ratio ꝛ significata per nomen est omnino eadem, ut natura animalis, quæ eodem modo convenit homini, cani, leoni. Aliam æquivocam, illa nempe, quarum nomen est

Commune, ratio vero significata per nomen eam nunc diversa, ut natura canis, q. diversa modo convenit videri, puer, et animali reliquis. Alia denique analogia, ille, videlicet, quarum nomen est commune, ratio vero significata per nomen partim est eadem, et partim diversa, ut nomen regis, leonis, aquile, lilii, partim eadem, partim diverso modo conveniunt. Que quidem analogia proportionem habeant, analoga proportione dicuntur, ut in allato exemplo: ut v. g. vita aliquod rerum principalium, vite nobilium analogatum analoga attributione dicuntur, ut cibus, pulmus, urina medicina, arma dicuntur, eo quod ea ad animal, cuius sanitatem significant. Atq; ita de ratione, que natura reddita universalis, rufficiant, nunc de universalis divisione.

Caput Septimum

De Quinque Universalibus.

Cum Porfirius intelligeret universalium cognitionem ad adquirendam scientiam omnem proxtim vero ad intelligendam Aristotelis categoriam necessarium esse, hisce logem, vide in-

traductionem ad Categorias ipsas comportuit, in qua naturas omnes universales adquinq; voluñ capita reuocauit. Et quidem merito: nam ex definitione universalis, quam paulo supernus exposuimus, quinq; tantummodo universalium genera admitti possunt. Cum enim natura universalis illa sit, quæ pluribus conuenit, totidem esse debent universalium genera, quot sunt illi modi, quibus natura pluribus inesse potest.

Porro natura, quæ pluribus conuenit, vel conuenit illis essentialiter, hoc est, ad illorum constitutionem pertinet, vel accidentaliter, hoc est, extra illorum essentiam. Si natura conuenit pluribus essentialiter, id tribus tantum modis contingere potest, vel enim ita conuenit ut totam essentiam constituant, et tunc dicitur species; vel conuenit illis ut pars essentiæ, et tunc genus, vel differentia vocatur: genus quidem si sit pars essentiæ superior inquia ipsa essentia cum aliis rebus conueniat; differentia vero si sit alia pars minus communis, per quam ipsa essentia à cæteris distinguatur. Si autem natura pluribus accidentaliter conueniat, duobus tantum

modis id fieri potest: etenim vi necessario, et inseparabiliter cum illa coniungatur proprium appellatur: vi vero volum contingentes, ita ut possit etiã non contingere, dicitur accidens.

Exemplo cum exponamus: in triangulo, 93, Quæritur primò quod sit figura: secundo quod tribus lateribus circumscribatur: tertiò quod tres angulos duobus rectis æquales habeat; quarto quod æqualibus, & inæqualibus lineis circumscribatur.* ad ejus essentiam pertineat; hoc tamẽ discrimine, quod perfectio figuræ, pluribus etiã aliis conveniat, ut circulo, quadrato &c. ideoq. dicitur genus. Quod 2. tribus lateribus circumscribatur, et altera trianguli pars, et perfectio, qua deviniquitur à cæteris figuris, ideoq. differentia vocatur. Ubi 2. genus, et differentia simul coniuncta fuerint integrant trianguli essentiam conveniunt: unde figura trilatera, & tribus lateribus circumscripta dicitur species.

* quod triãgulũ sit figura, et tribus lateribus circumscribatur +

Deinde vero quod tres angulos duobus rectis æquales habeat, ad essentiam trianguli minime pertineret, sed necessario tamen, et inseparabiliter illi

Conuenit; ideoq; proprium, uiue proprietas appella
tur. Postremo uero latexum equalitas, & inequali
tas exit accidens; Contingentex enim triangulo con
uenit: uiue enim equalibus, & inequalibus latexi
bus Componatur, empex triangulum exit figurum.
Aliud exemplum datur in homine; in illo enim rope
xitus animal, quod exit genus: rationale quo difert ab aliis dicitur
que differentia: animal, et rationale constituunt
speciem. Capacitas autem scientiæ, que inrepa
tibilex homini conuenit, dicitur proprium: Color
uero quia contingentex illi conuenit, dicitur acci
dens

Species igitur, ut singula uniuexa alia sigillatim
exponantur, nihil aliud exit, quam natura quedam uni-
uexalis predicabilis de pluribus inrexis numero
differentibus; ut natura humana de Petro et Pau
lo. Alia & numero differentia individua dicuntur
que cum singularia; et limitata sint, in alias
naturas dividi nequeunt, & alteri conuenire non
possunt. Genus exit illa natura, que predicabilis
exit de pluribus differentibus specie, ut natura
animal de homine, et Leone; figura de Circulo, et
quadrato. Differentia, ut ex dictis colligitur, exit mo


duw ille, vive principium, per quod plures species, que sub eodem genere continentur, inter se differunt; unde sic definitur: predicabile de pluribus specie d. numero differentibus.

Sed pre oculis habendum est primo differentia adese generi vel per aliquid positivum, quod tamē plerumq; per negationem exprimitur, ut irrationalitas dicitur esse differentia bruterum; indepēdentia est divinum, seu differentia Deum inter et Creaturas, que barbare quidem, sed positive auferat ab aliquibus appellatur. Secundo differentiam dividere genus, et constituere speciē. Tertio naturam aliquam unius ex alem esse speciem respectu alterius naturę, generice superioris, vel multq; genus respectu aliarum, quas sub se continent. Sic genus aliud est supremum, quod supra se nullum agnoscit: aliud est infimum, quod infra se nullum habet; et aliud inter medium d. subalternum, quod aliud infra, aliud supra se habet; quod etiam de specie, et differentia specificatiua, verum hec clarius in subjecto ipse mate, vive arbore porphyriana apparebunt.

32



Arbol Porphiriana.



Homo

Animal

Rationale

Mortale

Risibile

Capax disciplinæ

Plato

Cicero

Socrates

Aristoteles

Diagonale

Constituit

Proprium definitur id quod inseparabiliter, ac ne
cessario pluribus specie, & numero differentibus con
venit; quod quatuor modis contingere potest, ideoq;
proprium quadrupliciter accipitur; Vel enim conve
nit soli, sed non omni; ut esse medicum soli homini
convenit, sed non omni; Vel omni sed non soli, ut
duos habere pedes, omni quidem homini, sed non so-
li convenit. Vel omni, et soli, sed non semper ut
canescere respectu quidem hominis: Vel denique
convenit omni, et soli, et semper, ut esse risibi-
le, vel admirativum omni, et soli homini, semperq;
convenit. Ex his quatuor modis illorum ultimus
quantum hoc universale contribuit, quod possit ad
logicam attinere vice à Porphirio definitur: prædi
cabile de pluribus in quale necessario.

Accidens denique dicitur id, quod pluribus ita con-
venit, ut possit adesse, vel abesse absque subjecti co
ruptione, ut albedo respectu hominis; quare acci
dens logicum definitur: predicabile de pluribus
in quale contingenter, ubi notandum est quod plura
accidentia à subjecto proprio separari vix possunt,
ut candor a nive, et tamen accidentia vocantur;
quia quamvis realiter separari non possint, vi ta-

ment intellectui ab subjecto vel a quantitate absque essentiæ subjecti destructione: quod vi ab essentia subjecti neque per intellectum vel junctæ possunt, ut motus cordis in viventibus, hæc non accidentia, sed proprietates ipsius substantiæ subjecti, atque hæc de quinque universalibus dicta sufficiant, usque dum in logica magna aliquas circa illam quæstiones excitemus.

Caput Octavum.

De Categoriis, sive entium generibus.

Confusio idearum, quæ in mentibus nostris oriuntur, non alia meliori methodo vitari potest, quam si varias res, quæ simul permixtæ confusionem pariunt, sic distinguamus, ut illarum singulas in propria sibi capita distribuamus, ut unum ab alio disjunctim percipi possit. Sic enim ut exemplis appareat, cum idea doloris confusa sit, quia intellectui nostro simul exhibet substantiam, quo utimur calorem, quem igni inesse credimus, et calorem alium, quem a manu venti vi putamus, manifestum apparet, quod hæc omnia distincta fient, et clare cognoscentur si in diversis classibus collocentur, et in varias rerum, accidentiumque series referantur.

Quo modi autem vexiev ab Aristotele inventa
fuit; et quamvis a Quintiliano hec omnia ens
nexa elementa vocentur, frequentius tamen
ca voce Cathegorie, vel predicamenta a Dialecticis om-
nibus appellantur; eo quod supprema quedam ge-
nera, vel claves sint illorum entium, que ab intellec-
tu concipi, in rebus ipsis existere de illis quesi, affir-
mari, vel predicari possunt. Peripatetici Aristotelem
secuti decem assignant predicamenta, vide Cathe-
gorias; quarum vox prime nimirum substantia,
quantitas, qualitas, relatio, actio, et passio precipue
sunt usus in Philosophia. Relique autem quatuor, ni-
mirum ubi, quando, situs, et habitus minus sunt
momenti.

Quod si rationem huius generis modestus in
quirat, fateor nullam satis firmam affere posse,
sed vulgariter dicitur, tot esse Cathegorias, quot
quesi possunt de substantia aliqua singulari, vel de
Platone; sed decem quesi possunt [illegible]
Cujus modi; aut quantitatis; qualis sit, Cujus sit, vel
agat, quid patiatur, ubi sit, quo tempore, vel tem-
quis illius habitus, et ornatus; quibus [illegible]

pea decem predicamenta, substantiam videlicet, quantitatem et respondetur. Que, ut memorie, facile mandentur, his versibus artificiose exprimuntur.

Arbor, vox, verbum, sexvoce, refrigerat, ustor,
Ruxi, crav, stabo, vedtunicatur ano.

Arbor substantiam significat, vox quantitatem, verbum relationem, sexvoce qualitatem, refrigerat actionem, ustor passionem, ruxi locum, aut ubi, crav tempus, aut quando, stabo situm, reliqua habitum.

Substantia dicitur ens per se subsistens, ut homo, Deus. Unde entitates omnes, que per se subsistunt equaliter sunt substantie, esse substantia non suscipit magis, et minus. Quantitas est extensio in partes. Alia continua dicitur, que partes omnes continuas, et conexas habet, ut linea. Alia discreta, que partibus se tangentibus componitur, ut numerus. Continua rursus dicitur in permanentem, que partes omnes simul existentes habet, ut linea; et successivam, cujus una pars alteri succedit, ut tempus, motus. Permanens autem alia est linea, id est, extensio in longum; alia alia superficies, id est, extensio in longum, et latum,

dia. denique Corpus, aut solidum, nempe extensio in longum, latum, et profundum.

Relatio est ordo, et respectus unius ad aliud, ut filii ad Patrem. Qualitas est accidens modificativum substantiæ, a qua per quod substantia dicitur qualis, ut per Calorem Calida, per albedinem alba. Dividitur autem qualitas in habitum, potentiam, passibilem qualitatem, et figuram. Habitus est facilitas, et propensio quædam ad operandum, quæ frequentatis actibus adquiritur; quod si habitus debilis adhuc sit dispositio vocatur. Potentia est via ânatura indita rebus ad aliquid agendum, ut potentia visiva. Passibilis qualitas est illud accidens quod contrarii potest, ut Calor. Figura demi, quæ est extrema Corporis terminatio ex situ partium ordine resultans, ut figura quadrata, rotunda.

Actio dicitur accidens, per quod causa constituitur actu causans. Passio dicitur accidens per quod subjectum constituitur actu patiens. Ubi est accidens resultans in Corpore ex eo quod sit in loco. Quando dicitur accidens resultans in Corpore ex eo quod sit in tempore. Situs definitur accidens resultans in Corpore ex dispositione partium in loco, ut sedere, ambulare. Habi-

tur denique dicitur accidens reperiatur in compositione et compositorum, et animatorum. Hæc sunt decem prædicamenta de quibus incredibile est, quam subtiliter, et ingeniose Peripatetici disputant, cum ab aliis cognitionem omnem, rerumque scientiam ita pendere arbitrentur, ut perturbata prædicamentorum serie, numero aut ordine, cognitionem omnem perturbari arbitrentur.

Enim vero non desunt Doctissimi viri, qui putent omnia rerum genera ad septem tantum prædicamenta reduci posse; mentem videlicet, quæ ut illis placet, nihil est nisi substantia cogitans; materiam, seu corpus, substantiam videlicet extensam; mensuram, quæ rei magnitudinem determinat, et quæ tria dici potest; situm, et figuram, motum, et quietem; quæ omnia his verbis explicantur:

Mens, mensura, quies, motus, positura, figura,
Sunt cum materia cunctarum exordia rerum.

Aliqui etiam sunt, qui dicant ad duo summa capita reduci posse omnem prædicamentorum seriem, substantiam, numerum, et accidens; ut illis placet, rem, et modum. Sed ab universo Categoriarum ordine non est recedendum.

Item Corollario loco explicandæ sunt illæ rerum pro-

prietates, sive accidentia, quæ ab Aristotele post prædicamenta vocantur: numerum oppositio, priorità, simultas, motus, et habere. Oppositio nihil aliud est, quam rerum varietas rerum. Dicitur contrarie, quando duæ res ab eodem subjecto mutuo se expellunt, ut Calor, et frigus. Privativa, quæ datur inter formam, et formæ privationem, ut inter tenebras, et lucem. Relativa, quæ reperitur in his quorum unum ad aliud refertur ut Pater ad Filium. Contradictoria denique quæ reperitur inter ens, et negationem entis, ut inter hominem, et non hominem. Prioritas, atque simultas sunt illi modi, quibus aliqua res dicitur, sive concipitur esse prior alia, aut simul cum illa. Quatuor prioritatis, aut simultatis genera enumerantur. Nam quælibet res aliam præcedere potest ordine, ut numerus binarius, ternarium: dignitate, ut Princeps subditum: tempore ut Pater Filium: natura, ut Sol radium: quæ quidem contenta sunt hoc versiculo: Tempore, natura, prior est res ordine, honore. Motus, sive mutatio ad Physicam pertinet. Habere denique non enumeratur hic pro prædicamento, quod dicitur habitus, sed pro modo, quo una res ab alia dicitur habere, ut Filius a Patre, binum a dolio.

Caput Nonum

De Signis, ac de Vocibus.

De prima intellectus operatione verbis dictum est, et quidquid à mente nostra Conceptus unice ad mentem ipsam Repræsentandam oportebat; Verum quia varijs, neq; tam nobis quibuscunq; tam nobis esset manifesta, nisi quæ Concepimus mente, promere etiam loquendo possimus; ut inquit Quintilianus, aliquid etiam de idearum signis addere oportuit; Cum præsertim magna sit idearum nostrarum cum vocibus, atq; signis affinitas. Ut autem admirabilis inter vocum usus, et vis præstantia intelligatur aliqua prius de Signo, deinde illius species exponi debent, ut exinde plurima Cognoscantur, quæ in singulis fere dictis explicanda occurrunt.

Itaq; signum definitur: id quod potentiæ, Cognoscitivæ, aliud avocat Repræsentando. Ut inquit Augustinus libro secundo de doctrina Christiana Capite primo: signum est id quod præter speciem, quam ingerit sensibus aliquid aliud facit in Cogitatione venire. Hinc apparet, quod signum, quod cunq; illud fuerit, duas ideas in nobis excitat, alteram nempe rei ipsius, alteram rei illius rei,

quam significant. Vt dum fumum concipimus eo dem tempore furni, et ignis ide in nobis excitatur. Ita hoc tamen requiritur, quod inter signum, et signatum aliqua connexio, vide relatio respectiua, aliq quid ex cognitione rei in alterum cognitionem non nõ ducere.

Dividitur generaliter signum in formale, et in strumentale. Signum formale est ipsa formalis notitia, vel similitudo obiecti; vg. species intellectus, quo cognoscimus, mihi est equi signum formale. Instrumentale est quod prius cognitum ducit in cognitionem alterius, ut fumus ignem, gemitus dolorem significat. Duo ista genera signorum differunt in eo, quod instrumentale prius debet cognosci, quam signatum; prius est enim cognoscere fumum, quam inde in cognitionem ignis devenire; formale vero non ita eo quod non prius, quam res cognoscam, meam cognosco cognitionem. Vnde formale signum vocari solet medium quo; instrumentale vero medium in quo vel ex quo.

Ex instrumentalibus signis alia certa dicuntur, eo quod cum ipsa re significata certo, ac necessario coniungantur, ut pulsatio est signum certum vitæ. Alia vt certa, vel dubia, ut rubor lecti

tiam significant, et lacrimas deleant; sed interdum fallunt. Alia demum falsa, eo quod inter illam, et rem significatam nulla proxima connexio detur, ut aspectus eydorum inditium esse putabatur ab aliquibus illarum rerum, quas hominibus contingere debebant. Alia signa cum rebus, quae significant, simul existunt, ut pallor, et syncopa cum egritudine. * Alia rem ipsam, quam significant continent, et efficiunt, ut sacramenta novae legis; quae proinde signa practica dicuntur.

* Alia ars significat sanctificant sacrificant peccatis Christo

Dividitur insuper signum in naturale, ad placitum, et ex consuetudine. Naturale dicitur illud quod naturaliter rem significat, ut fumus ignem. Ad placitum, sive arbitrarium, quod voluntate hominum arbitrio ad aliquid significandum fuit inventum; ut Campanae sonitus est signum missae, oliva pacis. Signum ex consuetudine est illud, quod a consuetudine vim significandi accepit, ut canis, qui hostem praecedere consuevit, est signum venientis hostis. Hic observare oportet unum idemque signum ita rebus pluribus significandis adhiberi posse, ut unius quidem sit naturale, alterius vero sit arbitrarium: sic illius na-

turaliter significat aerium & serenitatem, et ex ambitio Dei significat diluvium super terram non esse rediturum. Plura alia signorum genera traduntur ab Authoribus; Verum quia cuilibet, et vi parum reflecteti nota sunt, illis omissis, aliqa de signo vocali dicamus.

Cum voces sint idearum signa, atq; ea de causa ab hominibus inventae, sint, ut internos mentis nostrae conceptus exprimerent; celebre fuerat inter Philosophos quaestio utrum voces ad placitum, vel ex natura sua significarent. Heraclito, Cratilo, Epicuro aliisq; nonnullis arrisserat opinio posterior, omnem namq; rationem in affinitate quadam vocis cum re significata positam esse arbitrabantur; ut maximus, aspexitas, vetulus, aliaq; id genus aspexitatem, quam significant in se continere videntur. Verum haec omnia aut levia sunt, aut ab ipsa consuetudine oriuntur. Cum praesertim apud diversas nationes, diversis plerumq; vocibus res eadem exprimatur, vicissimq; una, eademq; voce res plures, ac diversae significantur, ut patet in hac voce Hombre, g. hu-

pana idiomate idem est hac nomen, gallico ide hac numerus. Arguimentum quoq; esse potest admixabilis illa idiomatum varietas, q; ubiq; gentium conspicitur, quæque ex hominum pen det arbitrio, ut elegantex Carm. Oratius:

Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentq;
Quæ nunc sunt vocabula si volet usus,
Quem penes arbitrium est, et jus, et norma loquendi.

Caput decimum

De termine, et proprietatibus termi norum, ac de nomine, et verbo.

Exposita jam vocum origine, variaq; illarum specie nunc exponemus. Vox igitur nihil aliud est, quam sonus articulatus ab homine ad exprimendas animæ cogitationes; unde merito grammatici octo orationis partes, sive vocum, terminorum, aut dictionum spe cies enumerarunt. Duæ tamen ex illis præcipuæ sunt nomen videlicet, et verbum. Nomen ab Aristotele definitur: vox significata ad placitum

sine tempore. Verbum autem: vox significa
tiua ad placitum cum tempore. Examinum, ut
a dialectici accipitur est pars orationis pe se
artificii logicalis: q. id ex quo componitur pro
positio: vt in hac propositione homo est animal,
homo dicitur terminus, et etiam animal, quoru
quilibet sub nomine particulari significatiui, ut
infra dicetur dum de propositione sermo fiat.

Examinum aliud est substantiuum, q. absolutum
qui substantiam, aut substantie modum significat,
ut homo, prudentia, aliud obiectiuum, q. connotatiuum,
qui rem modificatam exprimit, ut album, prudens.
Aliud est incomplexum, qui unicam tantum rem
exprimit, ut homo, circulus; complexum aliud, qui plu
res complectitur ideas, ut homo, iustus. Rursus tra
minum dividitur in abstractum, qui modum, aut
formam ab omni subiecto separatam significat,
ut humanitas, albedo; et concretum, qui formam,
simul exprimit cum subiecto cui inharet, ut album,
homo. Item examinum aliud est Categorematicum,
qui rem aliquam per se significat, ut lapis; aliud
est Categorematicum, qui non significat, nisi cate-

gorematico adjungatur, ut aliquis, omnis, nullus
Necessariam non judico hic adeae termini divi
sionem in univeralem, singularem, et particu
larem, in univocum, equivocum, et analogum, in
simplicem, et Compositum, in absolutum, et re
lativum, in primæ, et secundæ intentionis, cum re
pra dictum sit ideas quasdam in intellectu nos
tro existere, quæ his ipsis nominibus exprimuntur.

Sed maxime observandum est, quod cum pluribus
modis termini in propositione ponantur, plures
etiam sunt, terminorum proprietates. Suppositio
nempe, ampliatio, restrictio, alienatio, et appelatio.
Suppositio nihil aliud est, quam positio termini pro re sig-
nificata. Hæc autem multiplex est: Si enim termi
nus sit universalis, et pro omnibus suis significa
tis ponatur, suppositio vocabitur distributiva; Com.
pleta quidem, si etiam ad individua descendatur, ita
si quis dicat: omne animal est vivens. Incom-
pleta vero, si volat species complectatur, ut omne animal nefuit
in arca Noe. Collectiva denique si vox omnia ut si
mul sumpta significet: ut Apostoli omnes erant
duodecim. Si vero terminus universalis pro aliqui-
bus tantum ponatur, erit suppositio disjunctiva;

Confusa quidem vi in alterutrum ex significatis indifferenter cadere potuit; ut aliquis oculum p. quibuslibet ad videndum; deexaminata v.o vi certa quedam significata respiciat, ut aliqui homines inverecundi nobum orbem.

Restricto termino dicitur, Cum amplior illius significatio ad pauciora significanda contrahitur, ut cum dicitur Orator pro Marco Tulio. Vel Contra. Ampliatio dicitur cum extenditur terminus ad omnia tempora, et loci differentias, q.d in ipsa voce non exatis apparent: ut Christus pro omnibus hominibus mortuus est; id enim non solu de futuris, sed de presentibus, et preteritis, predestinatis, ac reprobis intelligitur. Alienatio datur, Cum terminus non in propria, et communi, sed in aliena, et translata significatione ut usurpatus ut in methaphora contingit vg, Prata ridentes.

Appellatio vero fit cum aliquis terminus alteri termino adjungitur, et tribuitur, ut Cicero cui Orator. Terminus autem ille, qui alteri tribuitur, dicitur cadit supra materiale vel similes supra subjectum, dicitur cadit supra formam, vide modum qui in tali subjecto reperitur. Si terminus ille supra sub-

secum. Cadat, appellatio dicitur materialis; vi ꝺ, cui opus subiecti formam, aut modum dicitur formalis; ita vi dixerim: Musicus cantat, apparet appellationem huiusmodi formale esse, cum cantare conveniat musico ratione musicæ, quæ tanquam forma in ipso reperitur: secundꝰ materialis erit appellatio, vi dicatur: Musicus cantat; non enim cantat ratione musicæ, sed quia musicus est, sed quia homo est. Quod ut clarius intelligatur adde: vi terminus, qui adjungitur alteri convenit illi ratione illius determinate est in re talis, semper appellatio erit formalis; vi ꝺ conveniat illi alia ratione, erit materialis.

Alio etiam semper expectari potest appellatio; quia do nempe in propositione plures termini fuerint, ut illorum unus non ad quemlibet alium, sed ad unum determinate referri debet, ut super illum appellare dicatur; ita si dixerim: Alexander magnus fuit Discipulus Aristotelis. terminus ille magnus ad Alexandrum referri debet, appellatio que erit materialis, et hunc sensum efficiet: Alexander ille, qui aliunde dicitur magnus, fuit Discipulus Aristotelis. si ꝺ. dixerim: Alexander fuit magnus Discipulus Aristotelis, terminus ille magnus non ad Alexandrū sed ad Discipulum referri debet, appellatio erit formalis.

Innumeris exemplis ostendi facile posset, quam ac curate hæc appellationis varietas exploranda sit, ut postea portentum veritas detegatur.

Pars Secunda Simulacrum

Caput primum.

De judicio, eiusq; defectibus, atq; Remediis

Cum intellectus noster varias ideas, ut dictum est in superiori simulacrum parte, et in ideis ipsis objecta plura contemplatus, illas deinde inter se comparat, ut judicium efformet; ita quod si ideas inter se mutuo convenire, & repugnare deprehenderit, unam alteri affirmando conjungat, & unam ab altera negando disparet, ac disjungat: tumq; intellectus judicium fieri concipitur. Et quamvis judicium ex duabus, aut pluribus etiam ideis componatur, illud tamen unico mentis actu, & operatione perficitur; Ne enim concipere perceptionis est; sed illas simul conjungere, vel ac parare ad judicium pertinet.

Hinc facile concipi potest errores plurimos, et vitia in judiciis nostris posse reperiri; et quamvis dictum sit

aliquas ideas falsas esse, accurate tamen loquendo, solum in judicio hoc vitium reperitur, cum enim percaperes nihil sit aliud, quam objectum aliquod mentis oculis contemplari, nihil de ipso affirmando, vel negando, nullum certe vitium, aut error in ejusmodi perceptione inesse potest, nisi de re concepta judicium aliquod efformetur: ea fere ratione, qua oculus ipse non fallitur, dum colores in cereo pomo simplici ter contemplatur, nisi deinde affirmet pomum illud esse verum; omnis itaq; veritas, aut falsitas in solo judicio, affirmatione nimirum, & negatione consistit, nec alia ratione vitiosa, et fallax perceptio vocari potest, nisi quia occasionem probet intellectui; ut de re prave concepta, judicium aliquod efformet.

Primum itaq; judicii nostri vitium oritur volet ex prava terminorum perceptione; cum enim judicium sit ipsa mentis operatio, qua duas convenientias de ut terminis, aut vocibus exprimas conjungit, & repugnantes ve jungit, manifeste apparet, quod illæ res conjungi, & separari non possunt, nisi mens nostra clarissime percipiat, quænam vi subjecta sit vocibus illis, aut terminis, quibus ideas exprimimus; alioquin vi de re confusa, ambiguisq; vocibus

expressa judicaret, temere judicaret; nec unquam certa esse posset, utrum idea, quæ inter se separantur, an componuntur inter se, sumpte, an conjuncte sint.

Exinde itaq; oritur illud fallaciæ genus, quod vocum, sive terminorum fallacia dicitur, atq; in plures partes distingui solet: æquivocationis nimirum, amphibolæ, accentus, atque dictionis. Æquivocatio quæ ineptissimum fallaciæ genus à Philosopho nuncupatur, committi solet cum ambigua, an æquivoca vox usurpatur, quæ res omnino diversas significare posset, nec intelligitur, quo sensu à proferente sumatur, ut si dicatur Canis rabiat. Amphibologia est cum singuli quidem termini perspicui sunt, sed simul uniti sensum dubium efficiunt. Sic ubi Pyrrus bellum Romanis illaturus exorsus respondit Apolo: Aio te, Æacida, Romanos vincere posse. Quod verum esse poterat sive Pyrrus victor, sive etiam victus foret.

Fallacia accentus committitur, cum abusimur syllabarum quantitate, ut exempli gratia, cum pro bonus arbor, atq; hominum cetum significet, populus autem arbor est aliquid inanimatum, si inferamus homines simul congregatos esse aliquid inanimatum, quantitate

Syllabarum abusu exemus. Fallacia demiq; dictionis est illa, quam grammatici vocant ultimum ad judicium aliquod occultandum, ut ab Xylone factum accepimus; qui cum minus rectum Deum esse negasset, in judicium vocatus tamquam violatæ Religionis reus, se defendit hac arte, vice fallacia in quibus: Minus non esse Deum, sed Deam; Deos quippe mares esse.

Hoc vitium vitare facile possumus, atq; fallacias omnes diluere, si intellectum nihil de re concepta judicet, nisi prius voces, aut terminos, quibus judicium ipsum componitur intellexerit. Si vox aut ambigua, aut aliqua ratione corrupta fuerit, illius usu, et significatio exponi debet, atq; si pluribus e omnibus haberi potuit, determinari debet ille, in quo fuerit usurpata. Si autem obscura fuerit tandiu mentis intuitu in ipsa defigi debet, quandiu clare menti ipsi velut effulgeat. Quod utilius, atq; liberius animo fiet, si palatim animus acquiescat rem aliquam contemplatus, placideq; intuitus, nec ex una in pente ad aliam transvolet; si solitarius diligatur locus; si demiq; animus nulla exitus spe, aut effectus, quicunq; ille fuerit perturbetur.

Aliud judicii nostri vitium simile precedenti oritur.

ex p̃cipitatione incidentur; quando nimirum de re nondum plene perspecta judicat, vide de re clare cognita aliquid obscurum, aut ambiguum affirmat, vel nega. Omnes enim, inquit Cicero, trahimur, et ducimur ad Cognitionis, et scientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus; labi autem, errare, nescire, decipi, et malum, et turpe dicimus. In hoc genere hoc vitium notandum est, ne incognita pro cognitis cupiamus, hinc temere assentiamur: quod vitium effugere, qui volet (omnes autem velle debent) adhibebit ad considerandas res, et tempus, et diligentiam. Caret enim necesse est, qui assentitur rebus incertis; tum cum et falsa, aut incognita res approbabitur.

Et certe ingenia quædam ejus indolis sunt, ut quidquid omnino, vel leviter conceperint, illud ipsum rem petere judicent; neque solicite, vel acriter inquirant, utrum res ipsa talis in re sit, qualis prima facie conspicitur. Unde sæpissime decipiuntur; idque potissimum fieri solet dum publice disputatur; tempore enim angustiæ disputationis ardorem, gloriolæ occupandæ, vincendi que cupiditas mentem quodam modo arripit, ut ante

quam propositam rem accurate perspexerit, de illa
judicet. Hinc oprime vitium hoc vitari potest, si atte
tio plurima adhibeatur, si mens ab eventiendo cor
tineatur, si aliqua temporis mora interponatur;
si, uno verbo, tandiu assensu judicio abstineatur,
quandiu res ipsa plene comprehensa fuerit.

Sextus error, aut vitium, quod alia plurima in
se complectitur, oritur a prava praeoccupatione, quae
vitare potest ex parte intellectus, vel ex parte voluñ
tatis. Praeoccupatus intellectus praejudiciis: sunt
autem praejudicia anticipata quaedam judicia, quae
nobis ut certa aut etas, aut consuetudo, aut educa
tio, aut authoritas instillavit. Bonum plerasque res
sa esse bonum; ut nonnulla falsa. Itaque vivi sa
pientis est ea nec temere recipere, nec clausis
oculis sequi; sed advertendum rationis expendere,
ut certa ab incertis discernantur.

Praeoccupatus voluntas vitio affectibus amore scilicet,
odio, invidia, et quibus praeventa facile mentem ex
cecat, et ad falsa judicia inclinat. Hoc vitium late re
pat in agendis, nam ut inquit Aristoteles; ut quisq

affectus est talis ei finis videtur. At sæpit quoq; in speculationibus afficimur sæpe nescio, qua præpensione ad aliquas opiniones ab aliis abhorremus. Quæ placent veræ: quæ displicent, falsæ facile videntur. Ut munitio itaq; intellectus exuroribus medebimur, ut voluntatem variis affectibus exuere conemur, ut solo veritatis amore ad fœcunda judicia accedamus, ut paulisper affectus omnes reponamus, donec de re proposita judicemus. Hæ sunt Regulæ, quibus judicii nostri vitia cognosci, vitaxi - q; possumus, quæ his pertungemus, ut facilius memoriæ mandetur.

Prima Regula: Cum de re concepta fuerit judicandum idea, sive termini accuratius sunt percipiendi, atq; si obscuri, et ambigui sint definiendi; si Complexi, et Compositi, distinguendi. Secunda: terminis, aut ideis clare cognitis, si illæ inter se conveniant, sive repugnent, una minus de altera affirmatur, aut cum illa necessario conjungatur, tunc conjungi, seu disjungi se possunt, hoc est, una de altera affirmari, vel negari potest. Tertia: si idearum, vel terminorum connexio, seu repugnantia nondum appareat, tandiu judicium cohibendum est, donec illa nobis ex aliqua

parte immoderat. Quarta: si duarum idearum connexio in aliarum duarum connexione continuatur, aut ex illa deduci potest, tunc velut judicii nostri regula assumi potest. Quinta: in his, quæ à cæteris exhibentur omnia infatig. et consuetudinis error est reprehendus; neq. de re cæteris paribus judicandum nisi ex variis cæteris paribus eadem res considerantes emendatur. Sexta: reponendi sunt milites, aut excudi sunt omnes affectus voluntatis; multumq. judicii fexendum est, in quo, vt minima amoris, aut odii scintilla continuatur.

Caput Secundum.

De propositionis natura, eiusq. divisione.

Propositio, quæ ad expromenda judicia mentis instituta fuit, prime definitur: Oratio enuntians aliquid de alio. Hæc definitio est essentialis; nam essentia propositionis in eo sita est, ut per eam enuntiemus, quid nobis de re videatur. Cum ergo judicium duas vel tres ideas complectatur, ac ita etiam propositio duobus saltem terminis constare debet, quorum alter exprimit id, q. enuntiatur, id est, quod affirmatur, sive negatur de alio, unde attributum, sive prædicatum nominatur. Alter vero terminus significat id, de quo enuntiatur,

appellatur q. subjectum. Uterq. tamen terminus materia propositionis dicitur, eo quod ex illis velut partibus componatur. Sic in hac propositione: bonum est amandum, subjectum est bonum, predicatum v. attributum amandum. Verbum est vinculum, nexus, sive copula dici potest, sine quo certe nullum judicii affirmatio, vel negatio fieri potest.

Omnis itaq. propositio vel expresse, vel implicite unico verbum subjecto, et predicato constare debet. Unde propositiones illi quibus uterq. terminus una cum copula exprimitur, ut justicia est virtus, appellantur determinate adjacentes. Ille vero in quibus alterutra tantum terminus cum verbo exprimitur, ut Alexander imperat, de secundo adjacente. In quibus v. solum verbum exprimitur, ut Cogito, de primo adjacente, dicuntur. Quodsi plura subjecta, aut predicata ponantur, tunc non unica erit propositio, sed tot erunt propositiones, quot sunt attributa, sive subjecta; ut si dicerentur: Plato, et Epicurus Athenienses fuerunt. Hinc propositiones, quæ unico subjecto et predicato componuntur, simplices appellantur; illæ v. quæ plura subjecta, vel attributa habuerint, Compositæ dicuntur.

Ocium ut clarius appareat propositionis natura, varietas, atq; prælatium unius in scientijs omnibus adquirendis, breviter hic illius proprietates enumerabimus, ex quibus deinde pluribus propositionis divisiones satis accommode deriuabuntur. Quatuor ergo in propositione distingui solent: materia, nimirum forma, quantitas, et qualitas. Materia sunt termini ex quibus propositio, velut partibus componitur. Forma est affirmatio, sive negatio unius de alio. Quantitas est illius extensio ad pluria, sive pauciora significanda, hoc est illius universalitas vel particularitas. Qualitas denique est id, quod propositionem jam formatam consequitur, cuius modi minimum est veritas, vel falsitas.

Propositio ratione materiæ dividitur in necessariam contingentem, possibilem, et impossibilem. Necessaria propositio dicitur illa in qua prædicatum necessario convenit subjecto, ut Deus est immortalis. Contingens est illa, cujus prædicatum accidentaliter, sive contingenter convenit subjecto: ut Petrus est justus. Possibilis est, cujus prædicatum nondum convenit subjecto, sed convenire illi potest, ut Puer est senex, Peccator est—

amicus Dei. Impossibilis denique est illa, cujus prædicatum subjecto repugnat: ut homo est lapis. Omnes enumeratæ propositiones absolutæ dicuntur; si vero exprimatur modus, quo prædicatum convenit subjecto, ut in hac: Deus necessario est immortalis, tunc propositio modalis vocabitur. Quatuor solum propositionum modalium genera distingui solent, juxta quatuor modos supernè expositos.

In utrâque propositionis factione materiæ dividitur in simplicem, seu categoricam, et compositam, sive hypothetícam. Simplex est illa, quæ unico subjecto et prædicato gaudet. Propositio composita dicitur illa, quæ componitur ex duabus, aut pluribus simplicibus propositionibus. Propositionum vero compositarum plures sunt species, quas hic enumerabimus. Alia est propositio composita copulativa, alia disjunctiva, alia causalis, conditionalis alia, alia relativa, alia denique discretiva. Copulativa, seu conjunctiva propositio dicitur illa, in qua simplices propositiones particulâ conjunctivâ, et, atque, nec, non, quoque etiam conjunguntur, ut in illo Ovidii: Concordia Concordant, nec in una vade moranture majestas, et amor.

Disiuntiua propositio dicitur illa, que continet particu-
la disiuntiua seu, siue, vel, aut &c. ut in uno subiecto exemplo:
aut prodesse uolunt, aut delectare Poete. Imperat, aut
uexit collecta pecunia ciuq. Causalis uocatur illa, que
particulam causalem continet quia, quod, eo quod, ut exē
pli gratia: ut iugulent homines uiuunt de nocte latro
nes. Rex fuit infelix, tali quia uspere natus. Conditio
nalis est illa, que continet particula conditionali si, ni
si &c. nemo adeo ferus est, qui non mitescere possit, si
modo cultus, patientem accommodet aurem. Re
lativa dicitur illa, que affecta est particula Relativa
ubi, ibi, ut ubi fuerit corpus ibi congregabuntur et
aquile. Diexcetiua demiq; vel adexceptiua vocatur
illa, que particulis diexcetiuis notatur sed, atqui, at, ta
men, ut: non formosus erat, sed erat facundus Ulixes.

Omnes iste propositiones explicite dicuntur, quando
unio, seu compositio mentis nostre statim apparet: im-
plicite, uero, vel exponibiles cum compositio uix depre
henditur, unde simplices omnino uidentur, ideo spe
ciales exponentes exponi debent. Propositio uaq; expo-
nibilis alia est exclusiua, alia exceptiua, comparatiua,

alia, alia demiq; reduplicativa. Prior dicitur illa, in qua predicatum ita subjecto conjungitur, ut vim sui ex prima vocis aliqua particula exclusiva tantum, solum & nullum aliud predicatum eidem convenire vel dicat: homo solum est vivens. Propositio exceptiva, que solo fere nomine ab exclusiva distinguitur, dicitur illa, que afficitur particula excipitiva preter, extra, nisi, ut acutus, nisi cum monitus, nihil recte facit.

Propositio Comparativa est illa in qua predicatum enuntiatur de subjecto, quod comparatur ad aliud; unde, et comparativa vocibus quam, magis, quanto, comparativa: vic Canit decidius:

Quanto splendidior, quam cetera sidera fulget
Lucifer, et quanto quam lucifer aurea phebe:
Tanto virginibus preferantior omnibus Expe.

Propositio demiq; reduplicativa ea est, in qua non solum predicatum subjecto dicimus convenire, sed illi convenire, quia subjectum tale est, exprimiturq; parte cuius reduplicativa proxima, quatenus. Ut Mercurius cantat quatenus Mercurius est, in quo sensu vera est propositio, falsa autem si diceretur: Mercurius cantat qua-

tenuu est studia; nam mundus non curat ratio ne medica, facultatis.

Propositio ratione formæ dividitur in affirmativa, et negativam. Affirmativa dicitur illa, in qua prædicatum conjungimus cum subjecto, ut in ista: Deus est justus. Negativa vero, in qua à subjecto rejungimus prædicatum, ut in hac: Deus nō est mutabilis. Quo certe loco observandum est negationem non constituere propositionem negativam, sed solum si cadat supra copulam; aliquin propositio, quamvis affecta sit particula negativa, erit affirmativa, ut: nō lapis est homo; Angelus est non Corpus.

Rursus propositio dividitur ratione quantitatis in universalem, particularem, et indefinitam. Omnes istæ divisiones ex varia subjecti suppositione dignoscuntur. Si ergo subjectum propositionis distributive, vel collective supponat, hoc est, si subjectum in tota sua latitudine usurpetur, tunc propositio erit universalis, ut omnis homo est animal. Si vero disjunctive solum supponat, pro tanta minimum pro aliquo subjecto indeterminate, et confuse, ut aliquis homo est justus; tunc propositio particularis dicetur. Si pro aliquo subjecto determinate ponatur, ut Socra-

fuit Philosophus, propositio erit singularis. Si denig̃ nullum signum prefixum fuerit, quo exprimatur, utrũ subjectum pro omnibus, vise pro aliquo solum significato, vive determinate, vive confuse ponatur, propositio vocabitur indefinita, ut homo est justus.

Hinc propositiones universales subjectum habent affectum terminis, aut vocibus universalibus omnis, nullus &. particularis particularibus aliquis quidam: singularis singularibus, seu demonstrativis, hic, ille. Indefinite, vero particulis omnibus, vive signis omnino Carent. Vero hęc quatuor propositionum genera ad duo facile revocari possunt, universalem nempe, et particularem: nam singularis ad particularem ab aliquibus reducitur, cum aliquod unum tantummodo verbis universale significet. Indefinita vero equivalet universali si fuerit in materia necessaria, ut homo est animal, particulari vero si fuerit materia contingenti: ut homo est sapiens.

Denig̃ dividitur propositio ratione qualitatis in veram, et falsam. Vera dicitur illa, que dicit aliquid esse, quod est; aut negat aliquid esse, quod revera non est: falsa vero, que dicit aliquid esse, quod non est; aut ne-

gat aliquid esse, quod est. Vel ut Epicurus inquit: Verũ est, quod ita se habet, ut se habere dicitur; falsum quod non ita se habet, ut dicitur se habere. Quo plane intelligitur propositionem omnem veram, vel falsam esse oportere. Fieri tamen interdum potest, ut nobis aliqua propositio neq; vera, neque falsa esse videatur, eo quod ipsius obiectum minime cognoscamus, ignoremusq; an eadem propositio obiecto proprio conveniens sit, vel repugnans, ut sunt propositiones illæ, quæ de futuro contingenti formãtur: quamvis enim altera ex illis vera sit, nobis tamẽ occultum est, quænam ex illis determinate sit vera. Interim ut clarius propositionum veritas, aut falsitas deprehendatur, aliqua notanda sunt circa varios status, quibus aliqua propositio vera, vel falsa esse potest, ne fortasse propositioni in illo statu, in quo falsa esse potest, temere assentiamur: aut exposito illam temere negemus in statu, in quo forte sit vera. Propositio itaq; vera esse potest in statu materiali, et formali; vel ut Scholastici loquuntur, materialiter, vel formaliter. Tunc materialiter sãa vera est propositio, cum prædicatum convenit sci-

subjecti, non vero vi; ut cum dicitur: homo est nomen substantivum. Formaliter vero, cum praedicatum denotat quod per subjecti vocem exprimitur, verificatur: ut homo est capax scientiae.

Item propositio vera esse dicitur in veneratione literali, ut ego, et Pater unum sumus; vel in veneratione allegorica, et metaphorica, ut ego sum vitis, vos palmites. Atque hi quidem in variis literis observantur; literalis quidem in historia, nudus gestus simpliciter exponendis; allegoricus autem in mysteriis, nudus divinis proponendis: si enim allegoricum venerem, coelestem, patriam, et illa, quae vera sit debent respiciat, tunc anagogicus appellatur; ut Jerusalem, quae sursum est, mater nostra est. Si vero allegoria circa mores vitae instituendos versetur tropologicus, sive moralis veneris efficitur: ut si oculus tuus scandalizat te, erue eum, et projice abs te. Hinc celebre illi veteribus de variis scripturae sensibus:

Littera gesta docet, quid credas allegoria
Moralis quid agas; quo tendas anagogia.

Aliquando vera est propositio in veneratione realis, et identica; et falsa in veneratione formali, et reduplicativa, ut propositio ista: justitia Dei est ejus misericordia, vera est in veneratione realis, et identica; quia realiter justitia Dei -

est idem ac ipsius misericordia: sed vera non est propositio in sensu formali, et reduplicativo; quia justitia Dei, quatenus justitia est, non est Dei misericordia. Potest insuper aliqua propositio esse vera in sensu composito, vel divisio, aut e contra. Illa dicitur vera in sensu composito, quę dicit praedicatum eodem tempore convenire subjecto, quo rei ipsum est tale: ut qui loquitur, non potest non loqui. Illa dicitur vera in sensu divisio, quę asserit praedicatum convenire subjecto non hoc tempore, et vicissim, sed alio: ut peccator est amicus Dei: hoc est, ubi reliquerit homo peccatum, exit amicus Dei.

Quarto propositio aliqua est vera in sensu distributivo, collectivo, disjunctivo praeter variam subjecti suppositionem. Interdum propositio solum est vera ex adventitia hypothesi, vel opinione; sic Paulus ait: quod placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes; quia nempe Evangelii praedicatio stultitia gentibus videbatur. Ex loquentia etiam interdum propositionis veritas aliquando deducitur; sic in Evangelio dicitur, quod exiit edictum a Cesare Augusto, ut describeretur universus orbis; quod de

orbe volum Romanu subjecto intelligitur, alioquin propositio vix verum diuturnax accommodo vera esse posset, ut illa omnis homo mendax.

Patent hax Regulx singulis propositionum generibus communes nonnulle sunt, quæ Compositis volum propositionibus conveniant. Ut itaque propositio composita Copulativa vera sit, requisitum omnes propositiones simplices veras esse; in disjuntiva requisitum, ut alterutra volum propositio vera sit. In causali, et reduplicativa utraq. pars debet esse vera, et insuper quod una sit altera causa. In conditionali verificit, quod una sequatur ex alia, licet sepe neutra sit vera. In relativa requisitur, ut una ex alia sequatur. In discretiva non modo partes omnes veræ esse debent, sed antitesin, vel oppositionem quadam efficere, ut una alia destruere videatur. Ut Comparativa demiq. vera sit requisitum, ut simplex vera sit, atque insuper Comparatio etiam verificetur.

Caput textium.

De oppositione propositionum.

Oppositio nihil aliud est, quam repugnantia duarum

propositionum, que idem subjectum, idemq; predi
catum habent, sed secundum formam, aut quan
titatem, vel secundum utramq; simul inter se dif-
fernnt. Si propositiones ille, conveniant in forma,
differant autem in quantitate, hoc est, ipsarum
utraq; affirmativa, vel negativa sit, et una univer
salis, et altera particularis; tunc ille dicuntur subalter
ne, ut omnis homo est justus: aliquis homo est justus:
Si conveniant in quantitate, differant autem in for
ma, si nempe fuerint ambe, universales, vel particu
lares, sed una affirmativa, et altera negativa, eum
contrarie, vel subcontrarie; contrarie quidem si
fuerint ambe, universales: ut omnis homo est justus:
nullus homo est justus: ~~aliquis homo non est justus~~*
subcontrarie, vero si fuerint ambe, particulares: ut ali
quis homo est justus; aliquis homo non est justus: Vide
nig. differant in forma simul, et in quantitate, e
runt contrarie; ut omnis homo est justus: aliquis
homo non est justus. Que singula propositionum ge
nera in subjecto schemate continentur.


Omnis homo est justus
Contrariæ
Nullus homo est justus.
Contradictoriæ.
Subalternæ.
Subalternæ.
Contradictoriæ.
Aliquis homo est justus
Subcontrariæ.
Aliquis homō est justus

Sud vnigurmodi proportiones vecamatur qualitatem, veritatem vnius, aut falsitatem expectentur varie, exinde licet oriundum pro vniuersum veritate, vna rubbarum, reliquis existat vniuersalium contingentium veritatem particularium, ved non vicissim, nam potest aliqua particularis esse vera falsa tamen vniuersalis; ut in hoc exemplo: aliquis homo est iustus; omnis homo est iustus. Falsitatem autem particularium falsa etiã efficit vniuersalem; licet è contra in materia contingenti falsitas vniuersalium falsas quoq. particulares non efficiat. Contradictorie numquam vimul vere, aut vimul false esse possunt; ut vera contradictio vt affirmatio, et negatio eiusdem de eodem, et secundum idem; nihil autem potest vimul esse, et non esse, affirmari, atq; negari vimul de eodem. Contrarie quidem vimul false esse esse possunt in materia contingenti; vt contrarie denique; que propter oppositi, non sunt in materia contingenti vimul vere esse possunt, non tamen vimul false.

Caput Quartum.

De equipollentia, et conuersione proportionu.

Equipollentia nihil aliud est, quam relatio dua-

xum propositionum oppositarum ad eundem ver
sum, idque fit beneficio particule, non, que in con
tradictorijs, ut equipollentes fiant, prepositum sub-
jecto; in contrarijs, postponitur; in subalternis ve
ro prepositum vtrique, atq; postponitur, ut in hoc vsq;
viculo demonstratur:

Pre contra dic, post contra, pre post subalter.

Vbi; vi vis reddere propositiones equipollentes;
negationem prepone contradictorijs; postpone con
trarijs; prepone, et postpone subalternis.

Conversio propositionum est inversio, vice mu
tatio subjecti in predicatum, et predicati in subjectū;
quando vtrumq; predicatum ponitur loco subjecti,
et subjectum loco predicati, Ñ manente tamen pro
positionis veritate, quamvis illius extremis, vi vel quā
titatis varietur. Hinc alia est conversio simplex, per
accidens alia, et alia per contra positionem. Conversio
simplex est illa in qua Ñ mutatur eadem quantitas
propositionis. Per accidens est, in qua mutatur quā
titas, ut ex universali fiat particularis propositio.
Per contra positionem fit, quando terminis finitis
adjecta particula non fiunt infiniti, seu indefiniti.
Sed memoriæ juvandæ causa excogitati sunt hi

veterum, quibus regulæ omnes conversæ continentur.

Simpliciter feci convertitur Eva per accid
Auto per contrap: vic fit conversio tota.

In tribus vocabulis feci, hesa, Auto, convidexandę sunt quatuor vocales: A, E, I, O, quarum prima A designat propositionem affirmantem. E universalem negantem; I particularem affirmantem; O particularem negantem, juxta illum per vulgatum:

Asserit A, negat E, sed universaliter ambæ.
Asserit I, negat O, sed particulariter ambæ.

Sic ergo est veterum prima regula in ea voce feci repetuntur duæ vocales E, et I, quæ designant propositionem universalem, negantem, et particularem affirmantem converti simpliciter. Eva, in qua repetuntur E, et A, nobis designat universalem negantem, et universalem affirmantem converti per accidens. Auto, in qua repetuntur A, et O, indicat universalem affirmantem, et particularem negantem converti per contrapositionem. Quod clarius in exemplis istis apparet: nullus homo est lapis; convertitur simpliciter dicendo: nullus lapis est homo. Similiter aliquis lapis est albus:

aliquod album est lapis. Per accidens vic: nullus homo est lapis; aliquis lapis non est homo. Omnis homo est animal: aliquod animal est homo. Per contrapositionem hoc modo: Omnis homo est animal: omne non animal est non homo: aliquis lapis non est album: aliquod non album non est non lapis.

Caput Quintum

De modo sciendi, eiusq; proprietatibus.

Modus sciendi in genere tripliciter variatur. Primo pro omni eo, quod iuvat ad sciendum comparandum. Secundo sumitur stricte quadam tritione pro sola demonstratione, per quam scilicet scientia acquiritur. Tertio accipitur pro omni eo, quod clariorem efficit rem notitiam, et definitur: Oratio ignoti manifestativa; dividiturq; in definitionem, divisionem, et argumentationem. Definitio est oratio per quam exponitur, et declaratur id, quod est obscurum in re, vel nomine. Hinc duplex oritur definitionis species; alia nominium nominis, quæ etimologia dicimus, quæ nomen ipsum, eiusq; origi

nem clariùs exponit, ut si dicerem: Angelus est nuntius. Alia rei, vive naturæ, quæ per nomen ipsum explicatur, ut triangulum est figura tribus lineis contenta.

Magni verò est definitio nominis in omnibus disciplinis, quia vocum ambiguitatem tollit, et contro versias minuit. Quamodè definitiones sunt extra omne dubium ponendæ, nam id est hominum arbitrio tractum est, ut certa voce, certam quoq; ideam, et notitiam designent. Definitio verò rei, quæ optimè definitur, oratio explicans essentiam rei, longè difficilior est, cum intimæ rerum naturæ adeo obscuræ sint, ut vix ânobis intelligi possint; aut etiam si fortasse ab intellectu concipiantur, vix tamen verbis exprimi perfectè possint; sic exempli gratia dicimus: Leo est animal rugibile, quod definiamus leonis naturam, et essentiæ discriminem a cæteris brutis non percipiamus.

Definitio rei est duplex, essentialis, et descriptiva. Essentialis est illa, quæ explicat naturam rei per principia, quæ eam constituunt; et dicitur physica, ut homo est compositus ex mente, et corpore; metaphisica verò, vel per principia metaphisica, nempe per

genus, et differentiam rem explicat, ut homo est animal rationale. Descriptiva dicitur illa, que rem explicat per principia, que essentialiter ipsi non conveniunt; et dicitur propria, dum rem explicat per proprietatem, ut homo est capax scientie. Accidentalis vero, dum per accidentia rem explicat, ut homo est animal pulchrum. Causalis denique dum describit rem per causas extrinsecas, finalem, scilicet, efficientem, et exemplarem, ut homo est animal ad Dei similitudinem factum, ut eo frui possit.

Ex hoc intelligitur, quod definitiones conficere non ad logicam, ipsam, sed ad illas scientias spectare debent, que rei definite naturam, et attributa cognoscunt; id vero præstat logica, quod intellectum dirigat, ut definitiones omnes certis legibus conficiantur, quarum legum præcipuas hic proponemus. Prima itaq; regula est, quod constet genere, et differentia; hoc tamen discrimine, quod in definitionibus essentialibus exprimatur vera differentia, qua res definita a quacunq; alia distinguitur; in descriptiva locum teneat differentia, vel aliqua proprietas, accidentia in accidentali, et causa in causali.

Secunda Regula est, quod definitio non sit redundans nec diminuta, redundans enim mentem onerat, et confundit; diminuta vero non satis instruit. Tertia regula in eo consistit, quod definitio clarior sit re definita; secus non esset ignoti manifestativa. Ultima Regula est, quod definitio sit reciproca cum suo definito; hoc est, quod convertatur ad invicem; ita ut quidquid verificatur de re definita, similiter de definitio verificetur. Et hæc de definitione.

Divisio est oratio explicans rem per partes; Cetesum quemmadmodum totum illud, quod in partes res dividitur duplici modo partes sibi habere potest, ita duplex divisionis genus distingui solet. Alia est divisio actualis, quæ totum dividit in partes, ex quibus actu constat: Physica quidem si partes illæ physicæ fuerint, ut cum dico: hominis alia pars est corpus, alia anima: metaphysica vero, si partes illæ sint metaphysicæ; ut cum species dividitur in genus, et differentiam: integralis denique si totum dividatur in partes, quæ ad illius integritatem solum, et perfectionem spectant; unde integrales, sive integrantes appellantur; ut hominis alia pars est caput, brachia &c.

Alia est diuisio potentialis, que minimum diuidibile totum potentiale in partes, quas ubique continet, ostendit. Per hanc intelligimus dum genus in varias species, species in varias individua dividitur. Hec diuisio triplex est, univoca scilicet, equivoca, et analoga. Univoca quidem quando totum potentiale diuisum eodemmodo conuenit suis inferioribus; ut si animal dividatur in hominem, leonem, et agnum. Equivoca vero si modo proxime diverso illis conveniat, ut si canis dividatur in celestem, terrestrem, et maximum. Analoga denique si totum divisum quadam proportione, vel similitudine suis partibus tribuatur; ut si dividatur Rex in hominem, leonem, et aquilam.

Leges autem, que in divisione observari debent, et si plurime assignari possent, omnes tamen ad tres reducemus, que ceteris utiliores sunt. Trag. Quinitur primo, quod totum divisum magis quidem vtrogua libet sui parte separatim sumpta, sed omnes partes simul sumpte equales sint ipsi toti; unde si partes iterum uniantur, debent totum ipsum reddere. Hinc male dividitur orbis in Affricam, Asiam, et Europam; deest enim America, ideog. tres ille par-

tes vnius sumptę totum diuisum non equarent.
Secundo: diuisio debet esse breuis, ne ex nimio partium numero confusio, et obscuritas oriatur; vnde praeclare inquit Seneca: idem vitii habet nimium, quod nulla diuisio: simile confusio est, quidquid ultra quinque partes est.

Tertio: diuisio fieri debet in membra prima, seu proxima, et immediata; hoc est, in partes illas, quę proxime, et immediate continentur in toto; hinc male diuideretur animal in canem, Leonem &c; sed ordinata diuisio fieri debet in rationale, et irrationale; deinde irrationale in equeum, et exnestrem, maximum, deinde singula species in alias species diuidi possunt, donec ad ipsa individua descendatur. Sed quemadmodum supra diximus, definitio nec non ab ipsa logica, sed à disciplinis illis, quę naturam, proprietates, et accidentia rerum contemplantur, confici oportere; ita similiter diuisiones omnes facultatum illarum lumine fieri debent, quę rei diuisę naturam, et proprietates speculantur, ut diuisio accurata sit, et ad veritatem adquirendam ponit

deveniri.

Pars tertia Simulacrum

Caput Primum.

De discursu, et argumentatione.

Admirabilis illa, atq; pene divina mentis humanæ vis, et ubertas, qua natura ipsa prædita est, licet in singulis appareat per exceptionem generibus, et operationibus, quas hactenus exposuimus; nunquam tamen uberius effulget, quam ubi judicium quod ex alio judicio deducimus, dicimusq; proinde discursus, sive ratiocinia; nempe illam exercere, quæ rationales vocantur; quasi numerum, ac unica mentis operatione veluti certo claustrimoq; discrimine à brutis homines distinguantur. Hinc vero exigit methodus, ut postquam de apprehensione, et judicio tractavimus, nunc de argumentatione sermonem faciamus: ac primo quidem de ratiocinationis natura, et origine; deinde vero de variis argumentationum generibus; quibus ratiocinatio ipsa, sive discursus exprimitur.

Ergo ratiocinatio, sive discursus nihil aliud est, quam mentis operatio, qua judicium aliquod ex alio judicio,

& pluribus aliis inferetur: ut exempli gratia. si judicaverint animas hominum spirituales, et incorporeas esse, atq; inde deducant animas ipsas incorruptibiles, et immortales esse discurrere dicar, sive ratiocinari. Simplex tamen, et unica mentis operatio, quia licet et hujusmodi pluria judicia complectatur, omnia tamen ut unum unita, vel potius volam illorum connexionem, et dependentiam consideret; quatenus unum ex illis oritur, atq; in alio etiam quodam modo continetur; unde judicium illud, ex quo judicium aliud infertur dicitur antecedens, alterum vero, quod ex primo veluti clarius deducitur, vocatur Consequens; ut si prius dicerem: bonum est amandum: ergo Deus est amandus; ex amabilitate boni deducerem tanquam ex antecedenti, sive principio amabilitatem Dei.

Argumentationis nomen ab argumento, seu medio derumptum est; eo quod, ut infra dicetur, intellectus in syllogismo contexendo unum ex alio inferre non posset, nisi prius utrumq; terminum cum aliquo medio, vel extrio comparaverit; quo factum est ut in argumentatione qualibet duæ premisæ, sive judicia saltem implicite reperiri debeant, quarum

una dicitur major altera minor solet appellari: tres ille, propositiones, vive judicia major, minor, et conclusio materiam silogismi efficiunt; ex his enim silogismus componitur, sicut propositiones ex terminis componuntur, qui id circo materia silogismi remota appellantur.

Caput Secundum.

De variis argumentationum generibus &c.

Cum in discursu, vive ratiocinio efformando mens nostra libertime spacietur, facile intelligitur cum plurimæ enumerantur argumentationis species, quæ tamen omnes ad silogismum veluti precipuum argumentationis genus reduci possunt. Breviter itaq; singula argumentandi genera præsenti Capite complectemur. Octo vero communiter enumerantur: inductio, exemplum, dilemma, sorites, silogismus, entimema, epiquerema, prosilogismus. Inductio est argumentatio qua ex pluribus particularibus enumeratis aliquid universale concluditur; ut si quis dicat: homo est animatus, canis est animatus, leo est animatus &c. ergo.

omne animal est sensibilium; quę quidem allatio nis species frequentissime, præsertim in rebus philicis adhibetur.

Exemplum est argumentatio, in qua exuno singulari aliud singulare illi simile infertur; ut cum dicimus Divus Petrus fuit peccator; sed tamen pœnitentiam agens fuit salvatus: ergo tu quoque licet peccator pœnitentiam agens salvaberis. Verum cautissime speciem hanc argumentationis adhibendam esse monuerant errores illi, in quos facillime impingimus, dum ex aliquo singulari aliquod aliud singulare inferri posse putamus; maximam tamen vim habet in his, quę mores vitæ componendos respiciunt; cum plerumque mens nostra fortius aliorum exemplis, quam rationibus moveatur. Hinc fit, ut frequentius in sacris libris parabolæ adhibeantur, in quibus exemplum aliquod non quidem verum, sed verisimile, atque possibile fingitur: ut parabolę filii prodigi, patris familias.

Dilemma est argumentatio, in qua propositio duabus partibus, sive propositionibus, utrique adver

saxium uxserunt, et id concludimus de toto, quod de singulis partibus concludum fuerat; quando minimum integram propositionem disjunctivam ita adversarios proponimus, ut quę cumq. illarum pars ab ipso negata, vi vse concessa fuerit, semper contra ipsum concludatur; ut in illo celebri Catonis dicterium, quo probabat a Rpublica abstinendum hoc modo: vel in Rpublica quis agit bene, vel male? si bene, offendit homines, si male, offendit Deum: ergo Rpublicam exercere semper est periculosum, adeoq. fugiendum. Sorites est argumentatio ex pluribus propositionibus ita colligens, ut attributum precedentis propositionis sit subjectum sequentis, do nec subjectum primę cum predicato ultimę conjungatur: ut si probandum sit avaros non esse felices, sic dicas: avari multa desiderant, qui multa desiderant multis egent, qui multis egent, sunt miseri, qui sunt miseri non sunt felices: ergo avari non sunt felices.

Syllogismus definitur: oratio, in qua inflexa unio duorum extremorum intexve, ex eo quod fuerint unita cum uno termino. Quod ut intelligi possit, observandę maxime debet syllogismum, cęteraq. argumentatio

nec non alia de causa inuentitum esse, nisi ut veritas ostendatur illarum propositionum, quæ affirmatæ fuerint a nobis. Cum ergo propositio quedam nobis probanda, vel ejus veritas ostendenda proponitur, nihil aliud est faciendum, si affirmativa fuerit, quàm ostendere illius prædicatum convenire cum subjecto; quod cum non statim appareat, hac utitur inventione; nempe comparante ideas illas subjecti, et prædicati, et cum tertia quadam idea conjungit; atq. tunc si utrumq. terminum, vide ideam cum alia tertia, vel media idea convenire deprehenderit, inter se illas quoq. convenire pronuntiat lumine axiomatis illius, quod totius artis syllogistice fundamentum est: quæ conveniunt cum uno tertio, conveniunt etiam inter se.

Quod si propositio probanda negativa fuerit, ostendum est, quod attributum subjecto non convenit, tertiam etiam ideam consideret mens nostra; deinde vero si viderit unam quidem ex illis cum tertia hac convenire, alteram vero non convenire,

non pone, alterius principii vi: que non conveniunt cũ uno tertio, inter se convenire nequeunt. Exempla frequentissima occurrunt, unum tamen proponã; pro banda vir hoc affirmativa propositio: anima est immortalis: Concipio primum ideam spiritus; deinde observo ideam utriusq; subjecti, et predicati anime scilicet, et immortalis; Cum media hac idea spiritus Convenire; reperioq; infero animum, et immortalem mutuo convenire; ut autem hoc alijs ostendere possim ita syllogismum Conficio: spiritus est immortalis; sed anima est spiritus, ergo anima est immortalis. Hinc tota syllogismi vis ex hoc alio principio repeti debet quicquid quid universaliter affirmatur, vive negatur de aliquo, affirmari, vive negari debet de omni, quod continetur sub illo.

Exinde colligitur quod in syllogismo tres solum termini haberi possint, subjectum nempe, et attributum, atq; medius vive tertius ille terminus, cum quo subjectum et attributum Comparari debent, ut inde mutua illorum unio, vel repugnantia inferatur. Duo loco observari oportet attributum

seu predicatum immortalis videlicet, majorem terminum, seu majus extremum vocavit; subjectum vero minimum minorem terminum sive minus extremum appellavit; eo quod attributum longe plura significat, quam subjectum, nisi forte propositio fuerit identica. Intelligi quoq; potest syllogismum tribus solum propositionibus constare posse, quarum prima exprimatur unio predicati, sive majoris extremi cum medio, ideoq; major ille vocatur: in secunda unio subjecti exprimatur, sive minoris extremi cum eodem medio, est ita dicitur minor: in tertia demum inferatur unio utriusq; extremi, et ideo Conclusio, vel Consequentia appellatur.

Entimema est syllogismus alterna premissarum minutia, ut peccatum est magnum malum: ergo fugiendum. Compendii causa ea sequentem ex ultimus illam premissam, quæ nota, et obvia est subintelligendo. Quod si non solum seu integre propositio nem exprimit, fuerint, sed utraq; premissa probatio adjungatur, tunc dicitur epigrammatis ut in hoc.

exemplo: omne bonum est amandum; amor enim ad bonum necessario dirigitur; sed Deus est bonus; siquidem ab illo omnia bona dimanant: ergo Deus est amandus. Prosyllogismus denique fit, cum syllogismo jam formato, syllogismus alter subnectitur, ut prioris syllogismi conclusio fiat major syllogismi sequentis: ut omnis spiritus pactibus carere debet; sed animus est spiritus: ergo animus pactibus carere debet; sed quod pactibus carere debet est incorruptibile: ergo animus est incorruptibilis. Quarta illa pro syllogismi propositio Lemma, sive minor subrumpta vocatur.

Caput textium.

De argumentationum legibus, atque figuris syllogismorum.

Expositis jam argumentationum illarum varietate, quibus judicium aliquod ex alio inferimus, variosque discursus ab intellectu formatos exprimimus; praesertim vero explicata syllogismi natura, qua frequentius uti solemus, et ex quo veluti nobilissimi ceteras argumentationes pendere videntur: nunc -

exponende, nobis occurrit leges, quibus cognosci possit, an discursus aliquis legitimus, utilis, atq; concludens; an vero falax, vitiosus, et inutilis vitandus sit. Illud itaq; primo in syllogismis omnibus cuiuscunq; figurae, sive modi cavendum est, ne plus quam tres terminj in illo reperiantur; nam ut supersus dictum est tota axis syllogistica in hoc uno consistit, ut duo termini virtute sui conjungantur, ex eo quod fuerint uniti cum uno tertio; itaq; vitiose quis argueret, si diceret: Omnis homo est substantia: sed omnis arbor est substantia: ergo omnis homo est arbor; nam homo, et arbor conjunguntur in tribus his cum eodem medio, sed cum duplici nempe substantia diversa.

Secundo requiritur, quod terminus non sumatur generaliùs in conclusione, quam in praemissis, quia a singulari ad universale non valet consequentia; atq; vitiose quis argueret hoc modo: Petrus est albus: sed Petrus est homo; ergo omnis homo est albus. Tertio cavendum est ne terminus medius in conclusione reperiatur, nam syllogismus in hoc consistit, ut extrema conveniant cum medio,

ut inferatur illa interare conveniae; ideoq; medium in utraq; premissa, sed in conclusione sola extrema sperari debent. Quarto requiritur, quod medium in aliqua saltem premissarum supponat distributive, hoc est, universaliter accipiatur, et pro omnibus sui significatis, aliquin quodammodo dividetur, et non unicum, sed multiplex virtualiter esset; ideoq; vitiosa est illogismus ille: omnis homo est substantia &c.

Alie illogismorum Regule, quibus certe a vitiosis discernuntur his verbis complectuntur:

Nihil sequitur geminis ex particularibus unquā
Utraq; si premissa neget, nil inde sequetur
Sit parti similis conclusio detersioni.

Ambe affirmantes nequeunt generare negantem.
Requiritur utraq; quinto, quod aliqua premissarum sit universalis, seu singularis; nam ex puris particularibus nihil concluditur. Hinc vitiose arguitur: Petrus est aliquis homo; sed Imperator est aliquis homo: ergo. Sexto necessarium est, quod altera premissa sit affirmativa; quia ex puris negativis nihil inferri potest. Septimo: conclusio sequi debet partem, seu premissam-

debilioren; hoc est, vel negantem, vel particularem, vel aliqua præmissa negans, vel particularis fuerit. Postremo requiritur, quod si præmissæ fuerint affirmativæ, etiam conclusio sit affirmativa.

Hinc facile apparet syllogismos omnes hac regulas servare debere, ut vitiosi non sint: unde quamvis modi syllogismorum sint multi secundum combinationem, quam habere possunt illæ litteræ superius expositæ A, E, I, O, quibus diversæ propositiones exprimuntur; quia vero leges traditæ servari non possunt in sexaginta, et quatuor modis, quibus illæ vocales sibi invicem uniuntur, conveniri possunt, ideo ad paucos sex modos, sive figuras reducuntur; unde novendecim solum modi utiles reperiuntur, qui in tres dividuntur figuras hoc modo: prima figura complectitur novem priores modos: secunda quatuor sequentes: tertia demique reliquos: exprimuntur autem hi vocibus artificialibus, in quibus tres primæ solum vocales, quæ, formam, quantitatem demque majoris, minoris, et conclusionis denotant, juxta illud, Barbara Celarent &c. spectari debent:

Prima figura — Barbara, celarent, darii, ferio, Baralipton, Celantes, dabitis, fapesmo, frisesomorum.

Sec. figa — Cesare, camestres, festino, baroco, Tertia: darapti, Felapton, disamis, datisi, bocardo, ferison.

Nihil aliud est figura silogistica, quam dispositio medii cum extremis, quę cum possit esse triplex, triplex etiam inuenitur figura: nam vel medium est subjectum in maiori, et prędicatum in minori exitq; prima figura: vel est prędicatum in utraq;, extq; secunda figura: vel est subjectum in utraq; simul, et in alia, et est tertia figura: quod perinde est ac si dicatur: quod in prima figura medium subjicitur in maiori, et prędicatur in minori: in secunda prędicatur in maiori, simul et in minori: in tertia demq; in utraq; subjicitur, ut ex hoc versiculo manifestum:

Sub, pre, prima. secunda bis pre. tertia bis sub.

Sit exemplum primę silogismus factus in darii: Omnis homo est animal; sed Petrus est homo: ergo Petrus est animal. In medio remanet homo subjicitur in maiori, et prędicatur in minori. Exemplum se-

cunde figure, sit silogismus factus in barbara ubi me-
dium bis predicatur: omnis virtus est laudabilis; sed
iustitia non est laudabilis; ergo iustitia non est
virtus. Exemplum tertie figure, ubi medium bis sub-
jicitur, sit in datisi: omnis lapis est substantia; sed
aliquis lapis est adamans; ergo aliquod adamans est sub-
stantia.

Caput Quartum.

De Reductione Silogismorum.

Sequi forsitan mirabitur, quod ex tot conbinationi
bus, quibus silogismi fieri possunt, adeo exiguus sit
numerus utilium, magis mirari poterit ubi intelli
gat, plures ex novendecim enumeratis imperfectos
esse, atq; indirecte solum concludere, ut proinde adalios,
qui perfecti sunt, et directe concludunt reduci debeant.
Dicitur directe concludere, quando in conclusione ma
jus extremum predicatur de minori; indirecte vero
quando minus extremum de majori predicatur. Dire-
cte concludere solum quatuor primis modis primi fi-
gure conveniz, qui proinde perfecte dicuntur: reliqui
autem imperfecti, et ad quatuor enumeratos reduci de
bent; id autem duobus modis fieri potest, scilicet duplex

est reductio; alia ostensiva, alia per impossibile.

Reductio ostensiva est revocatio syllogismi imperfecti, ad perfectum. Quod ut recte fiat, observandæ sunt imprimis quatuor literæ consonantes B, C, D, F, à quibus incipiunt novendecim vocabula artificiosa, et syllogismus imperfectus reducendus est ad perfectum, qui eadem littera incipiat.

Deinde vero qui ad reductionem syllogismi requiruntur conversio propositionum, observandæ sunt in super quatuor aliæ consonantes S, P, M, C, quæ repe riuntur in medio, vel in fine cujusq; vocabuli, quarum significatio hic versiculis continetur:

S, vult simpliciter verti, P vero per accid
M, vult transponi, C per impossibile duci.

Hoc est, propositio significata per vocalem illam, quæ præcedit consonantem, S, converti debet simpliciter; quæ præcedit P, per accidens: quæ præcedit M, transponi debet, id est, fieri major, si est minor, et è contra. Quæ denique præcedit C, denotat syllogismum illum non posse reduci nisi per impossibile. Exemplum sit in hoc syllogismo infrapermo: omnis homo est animal; sed

nullus lapis est homo: ergo aliquis lapis non est animal, qui reducitur ad primum hoc modo: nullus homo est lapis; sed aliquod animal est homo: ergo aliquod animal non est lapis. Prima propositio conversa est per accidens ratione literæ P. Secunda simpliciter ratione literæ S, quæ sequitur literam C; et tandem major propositio facta est minor, et C, contra ratione literæ M.

Reductio per impossibile nullius ferè usus est, sit tamen hoc modo: si quis temere neget conclusionem consequi præmissis, assumimus contradictoriam propositionis negatæ, ut illa conjuncta cum una ex præmissis jam concessis, concludat contradictoriam alterius præmissæ, et adversarius compellamus duas concedere contradictorias. Exemplum sit in hoc syllogismo: omne bonum est amandum: sed Deus est bonus; ergo Deus est ~~bonus~~ amandus. Si negetur conclusio, ita novo syllogismo urgetur ad veram: ergo Deus non est amandus; sed Deus est bonus: ergo aliquod bonum non est amandum: ubi ut videtur in textura Contradictoria majoris conces-

primo: quemam autem ex premissis vel inferenda-
rit, dicitur his verbis:

Maior sit minor, et sit contradictio maior,
dento eclantes in quo per ventitur ordo:
Servat maiorem, variatq; secunda minorem:
Tertia maiorem variat, servatq; minorem.

Caput Quintum.

De inventione medii, ac de locis communibus.

Inutiliter hactenus leges syllogismorum prescripserunt, quibus extrema propositionis cum medio conjungi debeant, nisi artificium ordo demonstraretur, quo medium investigari posset, atq; in ea, quibus extenderetur, quibus ex fontibus, quibusq; locis assumi debeat. Hinc factum est, ut locos quosdam communes excogitarint dialectici, quos argumentorum sedes appellant, quoniam eo his argumenta, sive, ut loquuntur, media deferuntur ad quaestiones probandas. Locitaq; vel grammatici sunt, vel logici, vel metaphorici.

Primi dicuntur illi, qui a etymologia, vel a conjuga-

tis ducuntur: ut de quo affirmatur etimologia, vel definitio nominis, conveniat etiam nomen ipsium, et affirmari possit de illo, sicut e conversio. Exempli gratia: Consul est: ergo consulare debet repudiare. Similiter dum vel rificatur unum ex conjugatis, alterum quoq; verificatur; vg. Socrates justitiam habuit: ergo fuit justus. Sophronius fidem non habuit: ergo fuit infidelis. Loci logici tertium ab accidentibus universalibus, puta genere, specie, differentia, proprio, definitione, divisione, an singuli vim habent peculiares leges.

